

nempe in hac nostra lege vt supra deduxi, quauis non probetur in d. l. 33. Taur. que hodie est, l. 7. huius tit. de qua infra statim agemus in questione sequenti: nam ad d. l. 31. & 31. Taur. differunt inter se diuersique castibus loquuntur, quamuis Tellus aliud sentiat Eandem nostram sententiam aduersus Tellum in primo loco nouissime probauit Martienc, post hac scripta vides in d. l. 31. tit. 4. l. 5. Nona Collectio Regia, gl. 3. per totam, precipue n. 5. vbi refert idem tenentes Palat. Rub. in hac l. 31. Taur. num. 71. & 85. & d. l. 31. in casu patris, 1. part. verb. pauperes, n. 6. & 7. de testament. in sexto, qui numero septimo, expresse eam tenet vt praedixi.

S V M M A R I A.

- 1 Commissarius intra quod tempus teneatur eligere & meliorare, quem vel quos eligere & meliorare debet? Referuntur opiniones, n. 2. & num. 5. distinctione resolutur questio.
- 2 Testator si subeat bona sua distribui inter pauperes, quos Titius elegerit, si intra annum eos non elegerit, ius eligendi eorum ad Episcopum spectat.

Eadem l. 31. Taur.

Q V E S T I O X L I I I.

VARIO vterius circa eandem l. 31. Taur. retenta ueriori sententia, quam defendimus in questione modo praecedenti, cur a quod tempus praed. commissarius, cui ius concessa facultas meliorandi vnum, vel duos filios testatoris, quos ipse commissarius elegerit, teneatur eam vel eos eligere & meliorare? & videtur quidem intra annum id esse expeditum, aliudve tempus executioni assignatum sicut cum testator iubet bona sua distribuere inter pauperes, quos Titius elegerit, si iste Titius minime eligat intra annum, ius eligendi ad Episcopum spectat iuxta communem sententiam in praxi admissam aduersus Bar. in l. cum quidam, num. 9. 10. ff. de leg. ar. 2. & alius in locis tenentem posse commissarium huiusmodi moram purgare vsque ad litem contestatam, donec legatum petatur, vt referunt post alios communem, supra dictam sequenti doct. Didac. Couar. in cap. 3. num. 7. de testam. Greg. Lop. in l. 25. gl. 2. tit. 6. part. 6. & d. l. Anton. de Padill. in d. l. cum quidam, num. 27. existimantes Bart. contrariam procedere posse in legatis non piis, quamuis ipse & sequaces in piis loquuntur: quam communem contra Bart. & alios refert etiam Pelaez de maiora. in vt. qu. 48. num. 2. & eam ueritorem & recepiorem esse affirmat Martienc. in l. 14. tit. 4. lib. 5. Nona Collect. Reg. gl. 2. vbi praedict. modo saluat & intelligit opinionem Bart. vbi supra, contrarium.

Rursu videtur in questione praesenti dicendum electionem hanc esse faciendam in terminis assignatis ad l. 23. Taur. hodie l. 7. huius tit. 4. nempe cum commissarius praesens est in oppido infra quatuor menses, si autem absens sit, in Regno tamen, infra sex menses, extra Regnum tamen intra vnum annum. Et in terminis nostrae questionis ita expressim tenuit Doct. Anton. de Padill. vbi supra, num. 28. dicens, quod si maritus dicat in suo testamento se meliorare filium in quinta parte bonorum, quem vxor sua nominauerit, videtur quod statim teneatur nominare ex d. l. cum quidam, vel forte potest illum nominationem facere intra quatuor menses, argum. d. l. 33. Taur. per quam ita in questione praefata expressim decidit Pelaez vbi supra num. 3. & legent. asserens, quod elapsis dictis terminis excludi debet commissarius siue maritus, siue vxor fuerit: iure eligendi & nominandi, vt constat ex illis verbis, & praedictis terminis non potest habere ius si ei potest non loquere dato. Nam cum d. l.

l. 33. sit posterior d. l. 31. & est referenda ad omnes casus comprehensos in d. l. 31. argum. talis scriptura, ff. de legat. cum seq. & sic probat ibi post alios quos refert, autentis dictis verbis, non habere locum purgationem morae, vt praedixi. Et praeterea tenet Tiraque. de primi legio caus. pia prius leg. 96.

Tertia opinio est Gregor. Lopez vbi supra, nempe quod si mulier det marito facultatem eligendi vnum ex filiis ad maioratam per eam institutam, vel meliorandi vnum ex filiis ipsius, quem maritus elegerit, facultes huiusmodi non finitur anno, sed duret perpetuo, quousque lis contestetur tali electione, ex d. l. cum quidam, Bart. in d. l. cum quidam, per text. ibi, & in l. si. s. 1. C. communitas de legat. & licet contra eum sit communis opinio, vt modo dicebamus, & uerior: quoniam id, quod est electione executioni tradendum est, prauiam electionem postulat, sine qua fieri non potest executio: igitur intra tempus executionis, hoc est, anni, oportet electionem fieri: hac tamen procedit in legatis piis, non vero loquimur in profanis in quibus a iure non datur legitimus executor in neglecta commissarij, & sic in legatis extra pias causas. Sententiam Bart. recte procedere sentiunt Balda. & alij relati ad praed. Moderni, qui communem sequuntur. Nec huic tertiae opin. refragatur d. l. 33. Taur. quoniam secundum Greg. Lop. vbi supra, in praesentia termini, de qua ibi, non comprehenditur iste casus: imo d. l. l. vult, isto casu commissarium semper esse obligatum ad faciendam declarationem sibi commissam a defuncto. Et si absque potest a iure suppleri, lex illa habet ea pro facta, caplo illo termino: si vero declaratio sit necessaria, ita quod a lege non possit suppleri ex mente illius legis, videtur quod sit adhuc faciendum, etiam elapsis illis terminis de quibus ibi, Nec obstat d. l. 25. Partis & similes concedentes terminum vnius anni ad electionem faciendam quoniam procedunt in electione rerum, non vero in electione personatum.

Quid tenendum? Breuiter in hac questione mihi videtur esse distinguendum; vt siquidem simus in casu, quo aliquis testamentum proprium vel codicillos condidit & ordinauit, ibidemque commisit alteri facultatemque dederit meliorandi vnum, vel duos ex filiis suis vel nepotibus, quos ipse commissarius elegerit, vera sit & tenenda sententia Gregor. Lop. vbi supra, quia hoc casu nec nostra l. 31. Taur. nec d. l. 33. loquuntur sed tantum infra proximo: tuncque non obert communis opinio supra adducta pro prima parte contra Bart. quoniam, vt praedixi, illa procedit in legatis piis, huiusmodi autem non est melioratio de qua agimus. Si vero loquamur eo casu, quo quis testamentum minime condidit, sed mandatum concessit alteri ad testandum pro se virtute harum legum Tauri, & ad meliorandum faciendam, &c. de quibus in his legibus Tauri: tunc quidem seruandus sit tenor d. l. 33. Tauri, cum suis terminis, & hoc in casu est intelligenda secunda opinio supra adducta, & doctor. eam tenentes, qui ita debuerat distinguere: non vero potest procedere in casu ex supra dictis, quamuis ipsi in priori casu quoque loquantur, sed d. l. 33. cui nituntur, tantum in hoc secundo loquuntur, quae cum sit noua & exorbitans, extra cum non est trahenda.

Itaque in hoc secundo casu si specialis & indiuidua commissio fuerit facta alicui in mandato ad testandum instituendum, exheredandi, substituendum, vel dandi tutorem, nominata persona iuxta terminos nostrae l. 31. Taur. si id non fiat in terminis d. l. 33. habebitur pro facto ipsi legis dispositione, vt in ea expresse cauetur in fine, his verbis: Pero lo que el testador le manda señalar da 7 determina la meje, o alado la persona del heredero, o fennalada cierta cosa que auia de hazer el tal commissario.

rio, mandamus que en tal caso el commissario sea obligado a hazer. Y si pasado el dicho termino no lo hiziere, que sea como si el tal commissario lo hiziere, o declarasse. Et in hoc recte sentit Gregor. Lopez vbi supra. Si vero commissio non sit in indiuiduo & specialis respectu personarum, sed committatur electio ipsarum alicui, vt in nostra questione, tunc credetrem minime post terminos d. l. 33. in hoc secundo casu, quo alicui datur facultas testandi, fieri posse praedict. electionem & declarationem, cum tunc exprimitur mandatum, vt in leg. 33. Nec hoc casu potest haberi pro facta, cum requiratur & sit necessaria electio & declaratio: quia non facta nulla magis ratio potest dari quod censetur facta electio vnius quam alterius ex filiis, qui si omnes cotendant de se factam ceteri, mutuo concursu se impediunt, sique melioratio in neutro locum habet. Et ita est tenendum, provt tenet Tellus huiusmodi & Pelaez etiam vbi supra, n. 4. Quicquid voluerit etiam hoc casu Gregor. Lopez vbi supra, nempe ex mente legis videri quod sit adhuc faciendum declaratio elapsis dictis terminis, quod non puto esse ex mente legis, sed imo contra verba supra relata & mentem legis, & sic non esse tenendum, vt in epide probauit Pelaez vbi supra, n. 8. aduersus opinionem Gregor. Lopez, quauis ipsum non referat: possent tamen opinio Gregor. procedere in priori casu & specie supra posita huius distinctionis, nempe cum quis ordinat proprium testamentum siue codicillos, ibique comisit alteri meliorare vnum vel duos ex filiis suis; tunc enim perpetuo durabit commissio praefata, quousque lis contestetur super praedict. electione, vt supra est dictum. Quid autem erit in secundo casu supra posito, cum commissarius infra terminos d. l. 33. non elegerit. Videndum est Tellus Fernandez ibidem, n. 4. vbi ponit quatuor casus.

S V M M A R I V M.

- 1 An l. 32. Taur. procedat, quando adsunt descendentes vel ascendentes legitimi; concluditur negari.

L. 32. Taur. l. 6. tit. 4. lib. 5. Novae Collect. Reg.

Q V E S T I O X L I V.

VARIO an in casu l. 32. Taur. hodie d. l. 6. tit. 4. lib. 5. Novae Collect. Regia, quando testator nullo iure herede simpliciter testandi pro se alij dedit facultatem: Commissarius possit expendere quintum bonorum defuncti, solutus ipsius debitis pro anima eiusdem, quando adsunt filij vel alij descendentes vel etiam ascendentes legitimi ipsius defuncti? Et videtur quod possit ex hac l. 32. Testator distribui per el anima del testador la quinta parte de sus bienes que pagadas las deudas mortuarias el remanente se parte entre los parentes que vinieren a heredar aquellos bienes ab intestato. Ecce igitur legem quasi expresse disponentem, hoc casu posse commissarium in praedictum constanguiueorum venientium ab intestato distribuere quintum bonorum defuncti pro eius anima: cum ergo descendentes sint constanguiuei venientes ab intestato, imo & necessarii heredes, eos comprehendere videtur haec lex, quae indistincte & generaliter loquitur: si enim aliud voluisset, eos excepisset, vel saltem dum meminit De los parentes que vinieren a heredar ab intestato, expresseisset constanguiueos collaterales, vt intelligeremus aliud esse in deicendentibus & ascendentibus, cum igitur neutrum fecerit, sed indistincte loquuta sit, indistincte eam intelligamus, siue venientes ab intestato sint constanguiuei collaterales, siue descendentes vel ascendentes.

Sed nihilominus contraria sententia est verior & tenenda, imo quod exstiteribus filiis vel aliis descendentibus vel etiam ascendentibus legitimis defuncti, commissarius ad testandum pro eo non possit expendere quintum bonorum defuncti pro anima ipsius, & hoc per l. 32. Taur. quae est l. 10. huius tituli quatuor, per quam declaratur d. l. 32. dum loquitur de los parentes ab intestato, vt intelligatur de aliis quam descendentibus vel ascendentibus legitimis: Nam verba ipsius ita se habent. Quando el commissario no hizo testamento, ni despus de los bienes del testador: por que se murio sin hazerlos, los tales bienes vengyan derechamente a los parientes del q. le dio el poder q. huiusmodi de heredar sus bienes ab intestato: los cuales, en caso que no sean hijos, ni descendientes, ni ascendentes legitimos, sean obligados a disponer de la quinta parte de los tales bienes, por su anima del testador, &c. Ecce igitur quomodo interpretatur hac l. procedentem 32. vt procedat en caso que los tales parentes no fueren hijos, ni descendientes, ni ascendentes legitimos. Et sic conditionaliter disponit: ipsi enim extantibus aliud esse appetitissime statuit d. l. 36. Per quam hanc sententiam in terminis tenet Tellus Fernandez in d. l. 32. Taur. n. 10. & in d. l. 36. num. 4.

Nec obstat, si subtiliter intes contra hoc, dicens d. l. 36. non loqui in casu d. l. 32. sed in alio diuerso, nempe cum ipse commissarius nihil disposuit: & sic non fuit vna facultate sibi concessa ad testandum tunc etiam disponit lex, vt constanguiuei defuncti venientes ab intestato, dummodo non sint descendentes vel ascendentes legitimi testatoris, teneatur expendere quintum bonorum pro ipsius anima: At vero d. l. 32. loquitur, quando ipsemet commissarius vultur praed. facultate sibi ad testandum concessa, & virtute ipsius testamentum condidit: tunc enim inquit haec l. potest solari debitis defuncti disponere pro anima ipsius de quinto bonorum, residuo remanente constanguiueis venientibus ab intestato: diuersi igitur sunt hic casus inter se argue separati, ex quibus non fit illatio: precipue cum d. l. 32. permittit loquatur in hoc nempe, Pueden & c. d. l. 36. praecise nempe, Sean obligados a disponer de la quinta parte, &c. Qua ratione Tellus vbi supra fallitur iudicio Martienc. in l. 10. gl. 4. n. 3. & 4. infra eodem tit. qui priorem sententiam ex hoc probauit: haec inquam consideratio non obstat praefatae nostrae tenendae sententiae, quonia et si diuersi videantur hi duo casus eadem est ratio in vtroque. Nam in casu negligentiae vel noluntatis commissarii l. 36. arctat atque onerat praed. venientes ab intestato ad id faciendum, quod facere oportet et ipsum commissarium, iuxta d. l. 32. idque merito, ne negligentia vel malitia commissarii redundaret in praedictum animae defuncti committentis. Ambe igitur leges eodem casu loquuntur, quamuis posterior vterius procedat prouidendo idem respectu venientium ab intestato, quando commissarius non dispouerit, vel lapsu temporis, vel quia noluit, vel quia morte praeventus fuerit: addit & declarat praeterea d. l. 36. casum d. l. 32. praecedentis, quando venientes ab intestato non sunt descendentes vel ascendentes legitimi: ergo quod commissarium oportebat facere d. l. 32. onerat & arctat venientes ab intestato collaterales tantum ad faciendum, d. l. 36. quoties commissarius non dispouit, clare colligitur & inferitur, commissarium restantem virtute commissionis sibi a testatore dato: idem oportet ac posse facere, nempe quando tales venientes non sunt de descendentibus vel ascendentibus legitimis testatoris, alias secus, vt in d. l. 36. praecipue cum nullibi certum sit, commissarium tenenti hoc erogate stantibus descendentibus vel ascendentibus legitimis siue l. nostra 32. generalis cum sit loquens de constanguiueis venientibus ab intestato, bene recipitur

interpretationem a leg. 36. posteriori, ut intelligatur de transuerfalis fecus de descendibus vel ascendenti- bus legitimis: & ita tenendum cenfeo, quamvis post hanc scripta opinione Matien. contra Tellum Fernandez, & nostram tenet & probet nouissime Velazquez in d.l. 32. Taur. gl. 1. n. 11. Quid autem si habet descendentes vel ascendentes, colliges ex iis que traduntur in fin. g. 47.

S V M M A R I V M.

1 Testator potest prorogare commissario tempus ab hac l. concessum ad testandum, ut dicitur & ex equatoribus testamenti, ad id exequendum.

L. 33. Taur. hodie l. 7. tit. 3. lib. 4. Nou. Collec. Reg.

Q V A E S T I O X L V.

1 Vero circa l. 33. Taur. hodie l. 7. tit. 4. lib. 5. Noua Collec. Reg. an testator possit prorogare commissario ad testandum tempus ab hac l. eidem concessa vel longiora assignare? Et videtur quod non. ex verbis eiusdem, dum praefigit praedicta pro forma cu clausula irritati, nempe, Que passados los dichos terminos no omeda mas haçer que si el poder no le fuera dado Breuiter veritas est sine dubio in contrarium. Primo, quia termini de quibus in hac l. concessi sunt breviores in fauorem testatorum committentium vices bras aliis ad testandum pro se, vt citius voluntates eorum exequationi mandentur: poterunt igitur idem fauori suo renuntiare, longiores terminos commissariis suis concedendo, argumeto iurium vulgarij. Secundo, quoniam vnicuique a iure concessa est plena & libera facultas testandi, vt in l. 1. de sacrosanct. Eccles. Poterit igitur testator conditionem, modum & tempus ad libitum apponere: Et in exequutoribus testamentorum quod eis possit testator terminum a iure concessum prorogare probat. tex. in cap. nec qui dem. de testamentis, & ibi Avb. n. 10. & communiter Doct. & in terminis nostrae l. ita tenet a q. probatur glossatores pff. vrasque Ant. Gom. n. 2. Tellus, n. etiam 2. alias referens, & Men. bac. de success. creat. 4. n. 3. vbi in summa, & alios referens Matien. in hac l. 7. gl. 2. n. Non obstant verba nostrae l. in contrarium adducta, quoniam in calu ipsius testator nulli terminu assignauit comisario, intra quem conderet testamentum, nec concessit a iure prorogauit, & sic illo transacto esse perinde ac si commissarius potestatem non haberet.

S V M M A R I V M.

2 Decedens ab intestato nullo dato commissario ad testandum, an proximior successor ab intestato veniens teneatur quintam partem bonorum defuncti pro anima eius distribuere, & sic an hoc casu habeat locum dispositio l. 36. Tauri: Quod non.

L. 36. Taur. hodie l. 10. tit. 4. lib. 5. Nou. Collec. Regia.

Q V A E S T I O X L V I.

1 Vero circa l. 36. Taur. hodie l. 10. tit. 4. libro 4. Noua Collec. Regia, si quis decedat ab intestato, nullo dato commissario, an proximior successor ab intestato veniens teneatur quintam partem bonorum defuncti pro anima eius distribuere, & sic an hoc casu habeat locum dispositio dicit. l. 36. Taur. In qua quaestione D. Bor. Ant. Gom. in dicit. l. 39. Taur. resoluit quod non, quia lex illa conditionaliter & in certo & limitato casu loquitur, nempe quando est datus commissarius a testatore, & conditio testatoris contententis

vel legis debet obseruari in specifica forma, vt in l. in conditiombus primum locum cum simul ff. de condi. & demonst. item quia limitata causa, limitatum parit effectum, vt in lege cum Germanis, cum similib. C. de transact. cum qua sententia transit Tellus ibidem in dicit. l. 36. n. 3. Sed contra hanc partem distinguens tenent Ioan. Roias in sua Epistola, fac. eff. 6. n. 6. & seq. dicens, filios succedentes ab intestato non teneri erogare quintum bonorum pro anima sui patris: transuerfales vero succedentes ab intestato ad id teneri, posseque ad hoc compelli, cum nihil penitus sit legitima eorum, sed testator libere si testamentum fecisset, de bonis suis potuerat disponere & ex praesumpta mente testatoris credendum est, quod si ipse testator testamentum condere potuisset, reliqua esset pro anima sua quinta saltem partem bonorum suorum & reprobatur opinioem Ant. Gom. ubi 5. in hoc contrarium, dicens nunquam sibi placuisset, neque ea bene intuenti placebit, ideoq; sequendum esse praedictam distinctionem, tanquam equam, iuri atque rationi congruam.

Quid teneatur? Certe vtraq; opinio leuibus fundamentis fulcitur, nihilominus tamen existimo veriorum esse & tenendum Antonij Gom. quia nulla lege cauetur transuerfalis succedentes ab intestato teneri quintum bonorum erogare pro anima defuncti nullo dato mandato ad testandum, sed omnino defuncto decedente ab intestato. Quare tam iure communi quam Regio attento, proximiores consanguinei generaliter succedunt in omnibus bonis defuncti ab intestato, tenebunturque tantum pro anima defuncti expendere quantum deceat attenda qualitate persone ipsius defuncti & quantitate bonorum, iuxta morem consuetudinis regionis, vt in l. si quis sepulchri, vers. summi funeris, ff. de religiof. & amittibus fune. Nec obstat l. nostra quoniam loquitur quando defunctus concessit alteri mandatum ad testandum, & comisarius eo non fuit usus, & sic culpa commissarii, & praeter voluntate suam, testator, hoc est, volens testari per aliu, decessit ab intestato, quia commissarius non condidit testamentum: quo casu lex supplet negligentiam commissarii, quam noluit nocere animae defuncti & quod commissarius poterat, imo oportebat facere, nempe iubere expendi quintum bonorum pro anima defuncti, & arctat transuerfalis ab intestato succedentes ad id faciendam, idque merito, quoniam hoc casu possimus iuste praesumere eam fuisse tacitam voluntatem defuncti, cum concesserit alteri facultatem testandi pro eo, & sic visus sit se conformare cum dispositione l. 32. Taur. quae habet, vt commissarius possit iubere distribuere quintum pro anima defuncti: qui quidem commissarius, cura hoc malitiose seu negligenter non expleverit praedictate non debet anima defuncti: & sic l. nostra onerat hoc casu transuerfalis succedentes ab intestato vt dict. quintum expendant pro anima sui defuncti: at vero quoties defunctus, nec testamentu condidit, nec mandatum alteri concessit ad testandum pro eo, sed omnino intestatus decessit, nulla praesumptio capi potest, quod voluerit expendi quintum bonorum suorum pro anima sua, nec constat de voluntate sua tacita nec expressa, nisi quod seruetur ius commune, nempe quod venientes ab intestato habeat bona sua, quibus tacite videtur ea relinquere, vt in l. confisuntur, ff. de iur. codicil. & quod expendant pro anima sua, quod decuerit iuxta ipsius defuncti qualitem & quantitate bonorum, vt supra, est iustitians ratio meo iudicio ad tenendam priorem sententiam contra Ioan. a Roias, cuius fundamentum ex supra dictis remanet detectu, eadem nostram & Ant. Gom. sententiam nouissime post hanc scripta sequitur Andr. Angul. in l. 13. tit. 6. gl. 4. nu. 4. hoc lib. 5.

S V M.

S V M M A R I V M.

1 An l. 37. Taur. procedat tantum, quando testator extraneum heredem instituit, vel etiam quando necessarium heredem nominauit, nempe descendem vel ascendem: Primum eligitur.

L. 37. Taur. hodie l. 11. tit. 4. lib. 5. Nou. Collec. Reg.

Q V A E S T I O X L V I I.

1 Vero circa l. 37. Taur. hodie l. 11. tit. 4. lib. 5. Noua Collec. Regia, loquatur & procedat tantum, quando testator extraneum, id est, non necessarium instituit, vel etiam quando necessarium heredem nominauit, nempe descendem vel ascendem, vt tunc commissarius possit disponere de quinta parte bonorum defuncti, & non amplius, nisi testator specialiter ad amplius facultatem eidem concesserit? Et videtur quod haec l. cum generaliter & indistincte loquatur, generaliter & indistincte intelligenda sit, siue testator extraneum, siue necessarium heredem nominauerit, vt in l. de preuo, cum similib. ff. de Publico in rem alio. Nec obstat praedicta 36. quoniam loquitur quando commissarius nullum fecit testamentum, nec vix est potestate & facultate sibi concessa: nostra vero lex extantate ac vix est & fecit atque ordinavit testamentum: tunc enim etiam extantibus descendentiibus vel ascendentiibus, potest commissarius de quinta parte disponere, vt cauetur hac l. saltem generaliter, & in terminis ita tenet D. Ant. Gom. in praesenti n. 1.

Sed haec opinio meo iudicio vera non est ideo non tenenda, sed contraria, nempe quod lex nostra procedat, quando testator nominauit heredem extraneum: secus si necessarium, pro vt est descendens vel ascendens: quia hoc casu commissarius non poterit quintum distribuere vel tertium, extantibus ascendentiibus hoc probatur ex l. praecedenti, dum exceptit descendentes & ascendentes succedentes ab intestato ab obligatione expendendi dictu quintum pro anima defuncti: quae licet loquatur quando commissarius non fuit usus facultate sibi ad testandum concessa, habet locum & in nostro casu nempe quando testator heredem nominavit & commissarius perfecit testamentum quoniam eadem ratio tunc militat: alias enim esset legem verbis imponere & non tebus, quia daretur occasio fundandi, Heredes enim necessarij precibus metu vel pretio factionem testamenti commissario impenderent, & sic exequutionem voluntatis testatoris. Sed est & aliud praecidium & inconuincibile fundamentum pro hac sententia, nempe ex verbis finalibus nostrae l. ibi, si mandare que no vala saluo si el testador especialmente le dio poder para mae. Na si lex haec loqueretur, quando vixus ex descendentiibus esset nominatus heres licet testator facultatem daret vt commissarius ultra quintum disponeret fieri minime potuisset, quia ultra quintum decedentes legitimi grauari non possunt: ergo necessarius loquitur lex haec, quando heres nominatus erat extraneus, non vero quando est necessarius, quia tunc neq; testator possit talem facultatem concedere expendendi ultra quintum, neq; commissarius virtute ejus facultatis id facere possit. Effer enim contra alias l. hujus Regni, quarum correctio per verba generalia nostrae l. induci non debet. Et ita Ant. Gom. hic n. 2. sibi contrarius intelligit verba l. supra proxime relata, non extantibus descendentiibus nec ascendentiibus, quia extantibus non possit talis commissarius ultra quintam vel tertiam partem bonoru disponere, vt in l. Taur. & in ter-

minis nostrae quaestio. hanc secundam partem rectius probavit Tellus in praesenti, n. 1. reprobans intellectu Gom. Arias hic in si. col. intelligentiis nostram l. in ascendentiibus & ita est tenendum, quamvis Matien. in d. l. 11. gl. 2. n. 2. circa ff. & iterum gl. 3. n. 2. & Angul. in l. 32. tit. de las maioras, gl. 4. n. 5. hoc lib. 5. velit etiam tenere in hoc contra Tellum: nam sententia Tellii vterior mihi videtur ex traditis & me supra super l. 2. Taur. nec enim satisfacit responso Ant. & Matien. ad verba nostrae l. supra relata, ibi: Saluo si el testador especialmente le dio poder para mae, vt intelligantur & restringantur de habilitate, id est, in specie, in qua testator possit ultra quintum disponere. Hoc enim minime potest testator: facere in praedictu decedentium, nec ultra tertium in praedictu ascendentium legitimum, vt in legibus hujus Regni cauetur.

S V M M A R I A.

- 1 Publicatio testamenti laici, etiam ubi clericus est heres institutus in eo, fieri debet coram iudice laico.
2 Secus est in testamento clerici, vel si testamentum sit pietate causa factum, nam tunc poterit publicatio eius fieri coram iudice Ecclesiastico, & n. 3.
3 Exequutio testamenti ad pias causas, est maxie foris

L. 15. tit. 4. lib. 4. Noua Collec. Regia.

Q V A E S T I O X L V I I I.

1 Vero circa coram quo iudiciis sit facienda publicatio testamenti: praecipue cum clericus est heres institutus in eo: Et videtur coram Ecclesiastico infinuandum esse, quia ad ipsum pertinet curae vt exequutionis tradatur, vt in cap. si heredes de testam. ergo & praevia dispositio vel publicatio, cum ipsa requiritur ad valorem & exequutionem ipsius testamenti, vt in l. publicatio, C. de testam. & in l. 4. & 15. hoc tit. 4. lib. 5. Noua Collec. Regia: quo fit, vt argumento sumpto ad cap. si heredes, hanc opinionem in nostris terminis tueretur Imol. in cap. si de fide instrum. vbi Antidem sequitur & testatur communem, Felin. ibi n. 3. loquens in exemplatione testamenti.

Sed contrarium, imo quod publicatio testamenti sit facienda coram iudice seculari, tenuit gl. in d. si heredes in verb. ab Episcopo, quam esse magis communem proficitur insignis Covar. in pract. quaest. c. 8. nu. 2. Dicit Suar. de Pat. alios referens in sua praxi 2. tom. secundo praeludio n. 74. dicens, quod ita iam in praxi obtinuit: & approbatur expresse hodie haec opinio in praed. l. 15. quae terminis supra dictam quaestionem iuxta hanc partem decidit, sique amplius de ea non est dubitandum. Verum vt ex ipso constat, ibi, Mandamus que si el lego hize, ere heredero, & ibi en tal caso, non procedit, quoties laicus testatur, vnde secus videtur esse dicendum in testamento clerici, vel si testamentum sit pietatis causa factum tunc enim (cum Ecclesiasticus iudex sit & competens exequutionis ipsius, sicut & laicus, vt in c. tua & in c. Ioannes, de testam. & in l. hereditas, in ff. de pet. hered. Doct. Covar. in d. si heredes, nu. 1. & in evelatum in in si. prod. 11. Alarant. de ordin. iudic. 4. part. princ. in d. si. sim. nu. 6. fol. 25. & optime Tirag. de preuol. caus. pias privileg. 149. vbi. quod vbi versatur causa pietatis, habet etiam Episcopus jurisdictionem in laicos) poterit facere publicatio testamenti clerici vel etiam laici, vbi constaret ad pias causas conditum esse, coram Ecclesiastico iudice fieri. Et hoc casu saluari opinionem Imol. & communem supra adductam in contrarium manifeste infinuant Barbat. 70. Andr. & Abb. in d. si. de fide instrum. & cor. referens Covar. in d. si heredes, n. 3.

T

SVM M A R I A.

- 1 *Inventar. un bonorum clerici defuncti relinquens heredem laicum fieri debet post aditam iam hereditatem per curiam secularem.*
- 2 *Hereditas postquam est adita non representat personam defuncti, sed hereditas ipsius iam effecta est patrimonium.*
- 3 *Inventarium praeferri debet per iudicem secularem etiam si hereditas adita non sit per laicum.*
- 4 *Praxis hodierna hinc forsitan orta est, ut mortuo Praetore corrector civitatis bona ipsius inventario describi faciat & per se fidam custodiam deponat.*
- 5 *Inventarium bonorum defuncti clerici relinquens heredem clericum, & publicatio testamenti ipsius coram iudice Ecclesiastico fieri debet.*
- 6 *Clericus heres clericus non tenetur servare solemnitate statuti laicorum requirunt infirmationem.*
- 7 *Quando agitur de solemnitate testamenti in foro Ecclesiastico & inter personas Ecclesiasticas, duo vel tres testes sufficient.*
- 8 *Clericus laicum heredem instituens tenetur servare formam iuris civilis.*

Eadem l. 5.

QV AESTIO XLIX.

**Q**Uaero ulterius si coram quo iudice debeat fieri inventarium bonorum clerici defuncti relinquens heredem laicum post aditam iam hereditatem per laicum: & absque dubio videtur, ut per curiam secularem fieri debeat praedictum inventarium, quia mutatio personae bona, quae erant affecta privilegio clericali, desierunt esse Ecclesiastica & conditionem heredum sequuntur, *intra l. per procuratorem 2. pari. ff. de acquir. hered. facti l. 3. C. de Episcop. & clericis. & melius, l. si quis, ff. de iur. iur. si paterca. quia licet hereditas, antequam fuerit adita representet defunctum, tamen postquam fuerit adita, representat personam heredis. l. 1. §. Scavoia, ff. si quis testam. lib. esse suff. fuerit, hereditas in multis, ff. de acq. rerum dom. capiam. ff. de usufructu. Pro quo facit gl. singularis in l. 5. veteres, in verb. per quam vel quorum, ff. de acq. iur. in p. vbi tenet, quod hereditas postquam est adita, non dicitur amplius hereditas, sed proprium patrimonium heredis: pro qua gl. est text. in §. i. Instit. de hered. qualis. & d. s. i. hereditas, est que communiter approbata gl. illa, ut latius resolvitur in repet. e. quamvis patrimonium, verb. omnino servari debet, n. 8. de pati. in 6.*

Quo fit, ut iustissime hoc casu inventarium per curiam secularem fieri debeat: quibus fundamentis hanc sententiam in terminis probavit Guid. Papae, *deci. 161 per totam.* Qui licet questionem expresse non fingat post aditam hereditatem per heredem laicum: id tamen manifestissime insinuat in fundamentis praedictis & inquit ita fuisse iudicatum in curia Parliamenti: cuius opinionem in hoc sequitur Cephal. *conf. 17. n. 52 & Rol. a Valle conf. 61. n. 9. lib. 2.*

Si vero si hereditas nondum est adita per heredem laicum, tunc est maus dubium & intat nostra questio per quem iudicem inventarium bonorum clerici defuncti fieri debeat, *quod si heres institutus est laicus:* Et revera hoc casu ex fundamentis supra dictis; resolutionis perspicuum videtur, coram iudice Ecclesiastico fieri debere: nam si adita hereditate ab herede laico, inventarium bonorum clerici defuncti fieri debet per curiam secularem, non vero Ecclesiasticam, quia mutatio personae bona, quae erant affecta privilegio clericali, desierunt esse Ecclesiastica atque conditionem heredum sequuntur: & quia hereditas adita representat

personam heredis: ergo hereditate jacente, antequam ab herede laico adeatur, & sic in nostro casu fieri debet inventarium bonorum clerici defuncti per curiam Ecclesiasticam, cum tunc sint bona clerici defuncti, non vero heredis, ut praedixi. Secundo pro hac eadem parte considero nostram *l. 3. tit. 4. lib. 5. Nova Collect. Reg. vbi dicitur, Que si el lego hizeo heredero el clerigo, que sea tenudo el tal clerigo heredero en sennar el testamento ante el iuez seglar que es competente iuez de la causa, &c.* Nam si actus publicandi testamenti, & sic antequam adeatur hereditas, quia in publicatione testamenti agitur de viribus & valore testamenti, & ideo praecipit eadem, *Que para le hazer leer y publicar, sean llamados aquellos a quien el interese compete, fieri debet etiam a clerico herede instituto coram iudice seculari, quia testator erat laicus, ut constat ex ea l. ibi. Si el lego hizeo heredero: & ibi vbi dicitur, que deve parecer el clerigo en tal caso ante el iuez seglar:* eadem ratione verba vbi dicitur videtur, ut inventarium bonorum clerici defuncti ante aditam hereditatem ab herede laico instituto fieri debeat per curiam Ecclesiasticam, quia testator erat clericus.

Nihilominus tamen, cum inventarium hoc fiat ad vnitatem personae laici heredis instituti, & etiam creditorum atque legatariorum, qui frequentius sunt etiam laici, ne bona occultentur nec subtrahantur, & ad huc effectum deponi debeant apud fidam custodiam & depositum hoc potius spectare videtur ad iudicem secularem quam Ecclesiasticum: nec obstat quod hereditas jacens representet personam defuncti, non vero heredis, si quae videbatur, quod cum defunctus fuerit clericus, inventarium bonorum ipsius deberet fieri per iudicem Ecclesiasticum: quoniam hic non agimus de bonorum defuncti clerici distributione nec adjudicatione, sed ut ipsa in inventario describantur & sub fida custodia deponantur, quod est diversum: quod si dixeris iudicem competentem bonorum esse etiam ad describendum ea in inventario tanquam necessarium praebulum, & sic per Ecclesiasticum hec omnia fieri debere: respondeo, id quidem procedere posse, quoties non constaret esse heredem laicum institutum, vel si testamentum esset ad pias causas: si ad vero quoties contrarium constat, & praecipue cum creditores laici pullulant atque superflui & instant, verius quidem existimo per iudicem secularem fieri debere inventarium bonorum clerici defuncti atque depositum, cum id fiat, ut rectius iustitia vnicuique ministretur, atque jus suum reddatur.

Hinc forsitan, si & iure optimo existimo processisse practicum hodiernam quae habet, ut defuncto Episcopo, Praetor sive corrector civitatis virtute provisionum Concilii Regalis bona prelati defuncti inventario describi faciat atque penes fidam custodiam deponat: quod si receverit Subcollector spoliatorum Camerae Apostolicae atque sententiam excommunicationis adversus iudicem secularem praedicta facientem protulerit, solet Consilium supremum Regale aditum super hoc per modum violentiae jubere absolvi excommunicatos, idque fit iustis ex causis atque respectibus vt famulis defuncti & alijs ejus creditoribus, si qui superflui, satisfiat de suis salarijs atque debitis absque magno dispendio & sumptibus eorumdem: intentio enim Regis nostri & ejus Regi Consilij ea esse videtur in hoc, ut suis subditis iustitia facilius ministraretur, atque ut debita defunctorum prelatorum persolvantur, quia bona non dicantur, nisi deducto aere alieno ut in leg. sub signatum, §. bona, cum similibus, ff. de verb. signific.

Non obstat l. nostra Regia ponderata vt supra, quonia in nostro casu agimus tantum de cessione inventarij & depositione bonorum defuncti, quae ad laicum iudicem

iudicem pertinere debent, non vero de viribus nec valore testamenti in casu vero nostrae. Agitur de publicatione testamenti, & sic de valore & substantia ipsius, quod licet concernat utilitatem clerici heredis, nihilominus tamen cum testamentum sit laici, coram iudice laico tractari debet: licet non militet eadem ratio in vtroque casu respectu jurisdictionis, imo diversis respectibus videtur jurisdictioni in praedictis duobus casibus.

Tertius casus constitui potest, scum clericus testator clericum instituit heredem, quo casu existimo, & publicationem testamenti & inventarium bonorum defuncti fieri posse & debere coram iudice Ecclesiastico, quia tam testator, quam heres sunt clerici & bona etiam vtroque respectu sunt clerici. Pro quo facit doctrina Bald. in *Aust. cassa & irrita, C. de sacrosancti. Eccl. 9. §. n. 1. vbi tenet, quod quando clericus instituit heredem etiam clericum, talis heres non tenetur servare solemnitate statuti laicorum requirunt infirmationem pro valore ipsius: quam doctrinam sequitur Brunus in *Tractatu de constit. & stat. vrb. clericus, vers. statum, & Capicium deci. 201. per totam, maxime num. 1. & eos referens Tellus Fernand. in l. 3. Taur. in 1. part. n. 1. ex eo inferens, clericum instituentem heredem etiam clericum minime teneri observare solemnitate illius. Pro quo facit doctrina Hostiens. in *sua summa, tit. de testam. in §. qualiter constituitur, in v. servum, fol. 213. vbi tenet, quod quando agitur de solemnitate testamenti in foro Ecclesiastico, & inter personas Ecclesiasticas, duo vel tres testes sufficient: quam doctrinam sequitur Abb. in e. quod clericus, n. 4. §. 20. de iur. compet. & in c. Ecclesia Sanctae Mariae, n. 14. eod. tit. vbi in sol. & Felin. n. 83. & tamen si clericus laicum heredem instituit, si formam juris civilis non servaverit, nihil agat, secundum Bart. in l. quibus possunt, n. 30. & 31. C. de summa Trinit. & fid. Cathedral. & Bald. in d. Aust. cassa & irrita, d. 9. §. est communis secundum Bolog. conf. 53. in si. verbis, pro ut refert Tellus vbi supra.***

SVM M A R I A.

- 1 *Melioratio quinti, in contractu inter vivos facta an possit revocari, quando sit facta cum tertio ex causa onerosa, vel intercessit traditio rei vel instrumenti diffinitio, & estur hic n. 1. opinio affirmativa Ant. Gome. caque improbat.*
- 2 *Quando aliqui casus sunt equiparati a lege veteri, lex nova loquens in vno, habet locum in alijs.*
- 3 *L. 22. Taur. suppleri debet in duobus per l. 17. Taur.*
- 4 *Substantia testamenti non consistit in eo, quod quis habeat bona, sed quod ea possit habere.*
- 5 *Concordia Tellus Fernand. in §. principalis refertur.*
- 6 *Resolutio auctoritatis in proposito §. n. 8.*
- 7 *Melioratio quinti facta cum tertio ex causa onerosa, an saltem pro avaritate revocari possit: Quod possit respicere tantum impensa necessaria pro sepeliendo corpore defuncti.*
- 8 *Melioratio quinti facta in contractu inter vivos etiam tradita possessione, revocari potest, si facta fuerit a patre filio in potestate vel emancipato, sive a matre.*

L. 17. Taur. hodie l. 1. tit. 6. lib. 5. Nou. Colle& Reg.

QV AESTIO L.

**Q**Uaero si pater vel mater melioraverit filium vel nepotem in tertio & quinto bonorum per contractum inter vivos, & intercesserit traditio rei vel instrumenti coram tabellione, vel fuerit facta melioratio ex causa onerosa cum tertio: inque praedicta melioratio sit irrevocabilis in tertio bonorum iuxta l. 17. Taur. hodie l. 1. tit. 6. lib. 5. Nova Collect. Reg. an possit revocari respicere. Et pro parte affirmativa quod possit, facit, quia talis melioratio respicit bona praesentia & futura, ut n. 123. Taur. hodie l. 7. infra hoc tit. 6. Ergo si melioratio quinti vel tertii irrevocabiter, pater & mater effecerunt intestabiles, cum in effectu esset donatio omnium bonorum praesentium & futurorum, quare poterit per eundem revocari, argum. text. cum materia in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & ideo cum mysterio nostra l. 1. tantum loquitur in melioratione tertij, quod sit irrevocabilis concurrenti vno ex tribus articulis, quibus d. l. 17. Taur. decidit meliorationem tertij effici irrevocabilem: Quibus fundamentis hanc sententiam in terminis nostrae l. abique dubio probavit Doctor Anton. Gome. *hic n. 10. sensu idem in l. 22. Taur. n. 26.*

Haec tamen opinio vera minime videtur, tam respectu matris, quam patris: respectu matris, tam iure communi quam Regio: nam attento iure communis donatio sive melioratio matris facta filio est irrevocabilis propter defectum patris potestatis, ut in l. velles, necne, C. de revo. donat. Communis secundum Andri. Angul. in l. 1. tit. de laon. moras, gl. 2. n. 1. hoc lib. 5. vbi cum probat adversus Pelaez iure autem Regio (secundum nostram l. quia ipsa non loquitur de quinto melioratio quinti facta a matre erit irrevocabilis licet in tertio possit revocari quando vnum ex supra dictis tribus non intercesserit: quia de hoc loquitur nostra l. Remanet igitur casus hic quinti, tanquam amissus, in dispositione juris communis, quod habet vt donatio facta filio a matre, sit irrevocabilis: igitur hodie melioratio facta a matre filio, vel aliter descendenti in quinto, erit irrevocabilis, licet possessio rei vel rerum tradita non sit, nec instrumentum, nec ex causa onerosa facta existat, ut tenet Tellus, *hic in hac l. 17. Taur. n. 8. contra quem in hoc, imo quod requiritur traditio possessionis, ut hujusmodi donatio quinti facta a matre filio non possit revocari tenet Licentiatius Pelaez de maior. 1. part. quaest. 28. n. 6. & sequent. praecipue n. 9. vbi quod in hoc procedit l. nostra l. 17. Taur. tam in tertio quam in quinto, quamvis tandem cogitandum relinquit super hoc.*

Respectu patris melioratio quinti etiam videtur esse irrevocabilis ex l. 12. Taur. quae hodie est l. 6. huius tit. in 1. par. vbi parentes promittentes aliquem filiorum vel descendendum meliorare in tertio & quinto ex causa tenentur id adimplere, quod si omiserint, melioratio habetur pro facta ab illa lege post vitam ipsorum parentum; Quae licet loquatur tantum, quando promissio meliorandi fuit facta ex causa onerosa, non vero quando tradita fuit possessio vel instrumentum extra causam onerosam, attamen cum hi tres casus sint equiparati per nostram l. 17. Taur. quoad irrevocabilitatem donationis, idem dicendum est respectu quinti, vt causetur irrevocabilitas ipsius, quando traditio rei donata vel instrumenti intercessit: sicut quando fuit facta promissio meliorationis tertij & quinti ex causa onerosa: quia quando aliqui casus sunt equiparati a lege veteri, lex nova loquens in vno, habet locum in alijs, iuxta l. 1. si quis servus per suum servum, §. si verb. provisione de elec. in 6. Quod procedit etiam in correctorij, secundum gl. in l. si quis servus per suum servum, C. de iur. & in l. vero contra, D. de legibus, l. 1. in Authenti. quas adhibentes, n. 9. C. de sacrosancti. Eccl. & in l. si n. 27. D. ad Trebellian. & in l. si n. 6. C. de iust. testam. & in §. ex maleficijs, num. 3. de all. Doct. Covar. in cap. Raynaldus, §. 3. n. 6. de testam. vbi alios allegat: si que d. l. 22. in hoc suppleri debet per nostram l. 17. Si digni pro-



fuisse donationem per traditionem postea sequatur verum creditorem, licet posteriore, firmam pignoris obligatione in habere: & inquit gl.ubi trad. donator potius post donationem fundum a se obligare, ut pote dicitur: huc ipsum ante traditionem: quia per solam donationem ante traditionem non definit esse dominus. Quae text. tanquam singularem adduxi aliud licet agens, in meo tractatu de fidei-juramento confirmatorio 3. part. cap. 15. n. 23. Ergo si debita ex causa onerosa preferuntur donationi procedenti eisdem rei, quando praed debita contracta fuerint ante traditionem donatario factam: a fortiori funeris impensa deducetur ex quinto prius donato inter vivos, licet irreuocabiliter, possessio tamen non tradita, cum ipsa impensa funeris preferatur & sit fortiori alijs debitis, vt est praedictum, iuxta illud, Si vincto vincitur te, a fortiori vincunt te, & etrusus propter quod vnus quodq; tale, et illud magis, vt in Auchen. multo magis, C. de Sacrosanct. Eccles. donator enim ante traditionem rei donat dominus remanet eisdem rei, & ideo potest eam alteri obligare, nec est perfecta omnino donatio ante traditionem, sed postea, vt in d. 3. Lucas, in c. tua sua gl. etiam optima in l. i. verb. per se tam, C. de iur. j. lib. 10. quam ibi notat Bart. n. 9. & Ioan. de Placentia 3. post traditionem vero cessare videtur supradicta. Ex quibus & vltimum supra- dictae distinctionis membrum [ quod forsitan dubium cuiusdam videri posset] comprobatur.

Quid tenendum? Ego salua pace tanti viri verius existimo atq; tenendum in praefata specie indistincte, vt siue res donata non sit tradita, siue tradita sit, impensa funeris necessaria pro sepeliendo corpore defuncti cu suo officio diuino, sine qua sepeliri non potest, deducenda sit de quinto Quando res donata no est tradita indubium atq; manifestu est per supradicta: quo casu consentio Tello. Si vero res sit tradita, idem probatur quoniam impensa haec funeris necessaria, est iuris publici, vt in d. 1. Neratius, ff. de religio. & sumpt. fun. publica enim vtilitas versatur in eo, ne cadauera insalpata jaceant, vt in l. sunt persona, ff. eod. tit. Et quamvis iure communi hoc onus sepeliendi defunctum incumberet heredi seu bonorum possessori ceterisq; successibus, h. est q. n. q. s. ff. eod. tit. Hodie iure nostro Regio hoc onus quinto bonorum defuncti ipsiusq; possessorij, vel ei ad quem ipsum pertinet, incumbit, quod quidem ex eo tantum, non vero ex corpore hereditatis deducendum sit, licet testator co-trariarum jubeat, vt in d. 30. Taur. Itaq; impensa funeris necessaria est onus reale atq; alienum necessarium, coherens quinto bonorum, a quo cunq; possessore ipsius exsoluendum: hoc autem ius publicum primorum pactio- nibus derogari non potest, vt in l. ius publicum, ff. de pact. & in terminis nostris idem probat d. 1. Neratius: traditio igitur rei donatae nullo modo id ius tollere potest. Secundo, quia praed. res sic tradita transit cum suo onere, vt in specie probat d. 1. in eum, ff. de religio. & sumpt. fun. ibi. In eum, ad quem dotis nomine aliquid peruenit, dat prator funerariam alicui. Idem probatur in secundo casu illius l. 1. in l. sed si non dunt, eod. tit. Si enim creditores ex causa onerosa sentiunt hoc onus, vt in d. 1. legibus & late agemus infra, super d. 1. 10. Taur. quae st. 72. a fortiori donatarius, qui in quinto succedit ex causa lucratua, ad idem tenebitur: quinimo & etiam melioratio quinti ex causa onerosa cum tertio fiat, quando quidem impensa funeris necessaria praecedat omne as alienum, vt in d. 1. iuris, & cita merito Matien. in l. f. huius l. gl. 2. m. 1. dicit, sibi verum non videri quod impense funeris non deducantur de melioratione quinti irreuocabiliter facta, sed potius contrarium, in eum intelligas solum in impensa fune- ris necessaria. Et ita expresse etiam re donata tradita

probat late & optime Andreas Angulo, in d. leg. final. huius tit. 3. gl. 13. n. 9. & sequq. Et ita est abque dubio tenendum.

SUMMARIA.

- 1 Meliorationem faciens irrevocabilem cum vinculo & submissionibus, an possit tollere vincula & submissiones in prauidicium sequentium, maxime accedente consensu primi meliorati & in ipsius fauorem: & n. seqq. resoluitur negatiue.
2 Donans alicui rem vel fundum eo pacto, vt post certum tempus veniat ad Ecclesiam, an possit postea tollere illud pactum, maxime cum voluntate primi donatarij, & n. s.
3 Melioratione facta cum vinculis & uocationibus videtur duae donationes: vna respectu primi meliorati, alia respectu sequentium. Sed sufficit acceptatio primi pro omnibus, vt in n. 4.
4 L. 7. tit. 4. part. 4.
6 Doctrina Bart. in l. qui Roma, §. Flauius, ad fi. n. 1. vno casu saluatur.

Eadem l. 17. Taur.

QUESTIO LII.

VARO + praeterea circa eandem l. 16. Taur. an pa- 1 rens, qui fecit melioratione tertij, vel tertij & quinti cum vinculis & submissionibus irrevocabilem vno ex tribus modis & causis, de quibus in d. 1. 1. possit postea tollere vincula & submissiones in prauidicium sequentium vocatorum, praenotante accedente consensu primi filij meliorati & in ipsius fauorem? Et videtur + licet ex doctrina Bart. in l. qui Roma, §. Flauius, ad fi. n. 1. esse de verb. obi. g. vbi tenet, quod si aliquis donauit alicui fundum, vt post certum tempus esset cuiusdam Ecclesiae, potest illud pactum tolli voluntate solius donatoris, vel vtriusq; per text. ibi, + per l. 3. D. de seru. ex portand. Quae doctrina Bart. est magis comuniter approbata vt plurimos referens testatur Doct. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 29. Did. Perez in l. 13. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1056. & seq. & Doct. Molin. de fidei-jur. primog. lib. 4. c. 1. n. 74. Ergo ita in proposito videtur dicendum, vt patens etiam post pr. d. melioratione irrevocabilem a se factam, possit praed. vinculum uocationis & submissionis tollere & renouare: cum haec videatur duae donationes, vna respectu primi meliorati, cujus fauore facta est irrevocabilis vno ex praedictis trib. modis: alia respectu sequentium, qui minime acceptam habuerunt praed. donationem, nec eis traditis fuit possessio, nec instrumentum, nec cum ipsis ex causa onerosa facta fuit melioratio. Et quod sint duae donationes, tenet Paul. de Castro in l. si pecuniam, ff. de cod. ob causis, 3. Roder. Suar. in l. quoniam, in priorib. 8. quae in declaratione l. Reg. n. 6. C. de inoff. testam. Telleus Fernandez in l. 27. Taur. n. 2. Doct. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. lib. 1. c. n. 17.

Sed nihilominus in nostra q. principali facta melioratione & vinculo per viam maioratus, eaq; acceptata a primo meliorato acquiritur: etiam si effecta vno ex tribus modis supra dictis, minime per meliorantem possit tolli nec reuocari in totu nec in partem, nec respectu alicujus rei in prauidicium sequentium vocatorum etiam accedente consensu primi meliorati, in cujus fauore sit dicta reuocatio, probatur. Primo, per text. in l. quoriam, C. de donat. qua sub mod. vbi iuxta gl. si. est casus, quod si donauit alicui rem, vt post certu tempus restituar alteri, coepetit actio vtilis ei, cui venit restitueda post tempus: ergo est irreuocabilis. Quae opinio hodie magis sine dubio est, attento l. 7. tit. 4. p. 4. vbi dispo-

disponitur, quod si alicui donatur aliqua res, ita vt post certum tempus sitam possessio & dominium transeat in eum, qui est vocatus post dictum tempus: ergo reuocari non potest. Quam l. Regiam, ad hoc allegat Rod. Suar. & Tell. vbi s. idem Roder. allegat. 9. quae quid alias vas illius circa intellectum d. l. Doct. An. Gom. in l. 4. Taur. n. 25. & 28. Tertio, quia cum haec donatio perpetua futura sit atq; in totius familiae fauorem facta, conueniens est vt nomine familiae a primo acceptata facile conceatur, adeo, vt neq; vltiorum acceptationem exigat; non enim possibile est, vt ab omnibus acceptetur, ideoque lex eam acceptatione, quae secunda rei naturam fieri potest, admittit: sic etiam videmus, vt in relicto familiae ius agendi nomine familiae & omnia alia facienda proximiori deferator, vt in l. per, §. fratre, ff. de legat. 1. l. cum ita legatur, §. in fidei commissis, vbi Doct. ff. eod. m. Id quod in nostris terminis expresse probat l. nostra l. 1. c. 4. 4. Taur. nempe in traditione rei, in qua fit melioratio vel maioratus, vel instrumenti ipsius, facta primo vocato, vt efficiat meliorationem vel maioratum irrevocabilem, tam respectu ipsi primi vocati, quam sequentium: idemque esse quando fit ex causa onerosa cum tertio cu ad hanc irrevocabilitatem efficiendum tantum requirant leges illae traditionem possessionis rei vel instrumenti scienda primo vocato, non vero ceteris: ita hanc opinionem praedictis & aliis fundamentis latissime probauit & in praixi sustinuit atque obtinuit in Regali Cancellaria Roderic. Suarez vbi supra d. 8. quae st. non per totam, & opinione Anton. Gomez. in d. l. 40. Taur. n. n. 33. & 34. & Doct. Molin. vbi supra, n. 75. & latissime Licentiatu Pelaez Mieres in tractatu de maiorat. 1. par. 24. per totum, & Angulo in l. 1. huius tit. de las mejoras, gl. 8. n. 21. & sequentibus hoc lib. 5.

Non obstat j. modo doctrina Bartol. in d. §. Flauius, in contrarium adducta: quoniam illa non est vtriusq; fere omnis schola scribentium tenet contra ipsu vt latissime probat atq; differt Roder. Suar. vbi supra, & contra eam tenet etiam plures referens Anton. Gomez. in d. l. 40. Taur. n. 29. & sequenti. praecipue hodie attendenda l. Regia Ordinam. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. quod & tenet Didac. Perez vbi supra, col. 1057. Tenent etiam alij plurimi de iure communi, quos referunt supradicti, & D. Molin. vbi supra, d. l. n. 74. inquit tamen Ant. Gom. d. n. 29. Roder. Suarez vbi supra esse deceptum, dum existimauit quod fere omnis schola scribentium tenet contra Bart. est magis communis. Sed & contra Bart. testatur, sibi videri magis communem & veriorum opinionem Petrus Duennas in Regula 216. plures referens inter quos Couar. contra Bart. etiam testatur veriorum & magis communem, plurimos etiam referens, inter quos & nos in c. quatuor pactum in princ. 60. de pact. in 6. Ioan. Gracian. in reg. 4. vbi in fine inquit, hanc contra Bartol. sententiam se oblerari semper vidisse in iudicando & consulendo: dicit magis communem contra Bart. Angulo vbi supra.

Secundo respondeo, + supradictam doctrinam Bartol. & sequacium procedere posse in donatione, quae alicui facta est, ita vt eo mortuo in aliu vel alios transferat nec ad vltiores protrahenda sit, cum enim ex hac dispositione duae donationes resultent, vna in fauorem vtriusq; alicuius ad idem finem, vt praedixi, constat vtramq; donationem eodem iure censendam esse, ita vt sicut prima necessario acceptanda fuit, ita etiam idem in secunda dicendum sit, quia non est dubium hoc in casu ratio differentiae inter primam & secundam donationem, in qua specie opinio Bartol. est sequenda necessario, nisi donatio fuerit a secundo acceptata quia tunc reuocari non poterit in prauidicium ipsius: sique intelligenda est opinio tenentium con-

tra Bartol. vt cum Decio & alijs recte resoluit Doct. Molin. dicto libro quarto, de primogen. Hispan. c. 2. nu. 7. 4. versiculis. in primo casu At vero nos agimus in donatione facta per via vinculi & maioratus, videlicet familiae, cum plurimis uocationibus & submissionibus atque vinculis, quo casu diuersum est dicendum atq; iudicandum per supradicta.

SUMMARIA.

- 1 Melioratus an teneatur ad debita meliorantis contracta post factam meliorationem irrevocabilem: & n. 2. quod non.
2 Successor maioratus teneatur ad debita persolueda, qua contractu institutor ipsius ante maioratus vel meliorationis institutorum.

Eadem l. 17. Taur.

QUESTIO LIII.

QUAERITUR etiam circa eandem l. an quando melioratio effectus irrevocabilis vno ex tribus modis de quibus in d. l. leg. 1. Taur. si postea constitutus maioratum contrahat debita successor alius teneatur ea persolueret: Et videtur quidem teneri: nam regula est, quod successor maioratus teneatur ad debita persolueda, quae contractu institutor ipsius: argumento tex. in l. cum hdes hereditus ff. de fidei commissis, lib. 1. c. 1. in filijs fam. 6. d. m. 1. versiculis, quid sit liberus ff. de legat. 1. per que iura & alia ita tenet Palat. Rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 16. numer. 1. 4. ad finem, quem refert & sequitur Doct. Anton. de Padilla in l. vnus ex filijs, §. 6. de Falcidia, n. 7. ff. de legat. 2. sequitur late probans Trinquell. in tractat. de primogenitura, quae st. 33. numer. 27. & sequentibus. Et hanc esse communem opinionem plures allegans & bene eam probans resoluit Doct. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. o. num. 1. & 2. de nouissime Matien. in l. 6. tit. 7. hoc lib. 5. Noua Collet. Reg. gl. 5. num. 21. vbi limitat, nisi bona super sint libera, quia tunc illa alienari oportebit pro solutione debitorum non vero vincula. Et in terminis, quod hoc non solum procedat in debitis, quae contracta sunt ante factam meliorationem per meliorantem, sed etiam postea, dum tamen debita necessaria fuerint circa dolum & fraudandam animum contra, tenet Angulo in l. 5. gl. 4. num. 1. tit. 6. hoc lib. 5. Noua Collet. vbi carpit Mieres statim citandum contrarium inaduenter tenentem: Nam cum melioratio sit iudicanda secundum bona relicta tempore mortis, vt in l. 9. & 23. Taur. interim melioranti libera administratio non interdicitur, ac proinde ex melioratione debent deduci debita, etiam postea contracta.

Nihilominus tamen, quamuis supradicta communis resolutio vera sit, in nostra questione tenendum videtur contrarium, quia ex quo melioratio vel maioratus irrevocabilis factus est, non tenetur successor in ipso ad debita contracta etiam ab institutore vel meliorante, postquam factus est maioratus vel melioratio irretocabilis vno ex tribus modis coetris in hac lege. Sicut enim no potest maioratus institutor vel meliorans directe maioratum vel meliorationem irretocabile effectam reuocare sic etiam non poterit id indirecete efficere, plura debita, contracta, in prauidicium maioratus successoris, vt optime recenset Doct. Anton. Gomez. in l. 4. Taur. n. 72. & Doct. Petrus Peralta in l. 3. §. qui fidei commissum, n. 124. ff. de hered. instit. quem sententiam probat dicens, proculdubio veram esse, & sic pluries praepracticatum ac intellectum vidisse Doct. Molin. vbi supra, n. 11. Sequitur etiam Mieres in tractatu maior. 1. par. quae st. 24. num. 31. vbi eum, 34. addit, quod in praedict. casu non potest pater, qui facit maioratum vel meliorationem irretocabilem, obligate, hypothecate vel vendere aut alias disponere

de bonis maioratus in præiudicium eorum, qui in secundum loco, tertio vel ulterius sicut vocati, quemadmodum nihil potest vendere vel disponere in præiudicium prius vocati, secundum Decretum consuetudinis numero sexto, & ita est tenendum. Non obstat communis sententia supra in contrarium adducta; quoniam loquitur & procedit in debitis contractibus à maioratus institutore ante maioratus vel meliorationis institutionem & consecutionem vel post, antequam melioratio ipsa vel maioratus efficeretur irrevocabilis, tunc merito ut successores ipsius ad debita prædicta teneatur, cum sint priora, vel saltem ante irrevocabilitatem contracta eo tempore, quo revocari directe poterat melioratio vel maioratus: nam tunc revocare videtur debita contrahendo pro quantitate ipsorum, cum adhuc conditor maioratus vel meliorationis, dominus remanet bonorum suorum ante traditionem; sed vero in debitis postea contractibus, quia iam non dominus nec habet facultatem revocandi tacite nec expresse, directe nec indirecte, ut in nostra lege. Pro qua etiam facit resolutio alteri questionis supra proxime habite super hac eadem lege 9.5. n. n. Et in terminis nostris ita colligitur ex mente supradictorum scribentium, qui hanc partem sectantur sic distinguendum & declarantium hanc materiam, præcipue Ant. Gom. dist. n. 71. in fi. & doct. Molin. dist. 10. n. 11. dicentis proculdubio hoc verum esse, sicque pluries practicum ac intellectum vidisse Et Matien. dist. 1. n. 21. qui à n. 16. & seg. latissime agit, quando successer maioratus teneatur ad debita prædecessoris persolvenda, & quando non, procedens per conclusiones Eadem sententiam sequitur & late probat Velazquez in l. 1. Taur. g. prima. n. 15. & 16. Sed in hoc tenenda est distinctio, quam ibi cum iudicio observavit idem Molina libro quarto. c. 2. n. 82. intellige, quod prædixerat priori loco supra citato.

S V M M A R I A.

1. Parentes an possint meliorare in tertio bonorum unum ex pluribus nepotibus ex unico filio & numero secundum quod sic.
2. In unico filio non cadit melioratio.

L. 8. Taur. hodie l. 2. tit. 6. lib. 5. Nou. Collect. Regie.

Q V Æ S T I O L I V.

Verò an parentes possint meliorare in tertio bonorum unum ex pluribus nepotibus vel descendensibus ex unico filio, quem habent? Nam L. 8. Taur. hodie l. 2. tit. 6. lib. 5. Noua Collectio. Reg. id permittit, quando habent plures filios, dubium tamen est an idem locum habeat, quando unicuique tantum habens filium, & ex eo nepotes, vel alios descendentes, an unum ex eis meliorare possint? Et ratio dubitandi est quia in unico filio non cadit melioratio, ut in l. unum, la segunda, ff. in l. 27. de assignat. libertat. & in §. 2. Inst. ut eodem istud, quia non datur subiectum, inter quos cadat prælatio, sicque repugnat ratio naturalis, quod ubi non datur distinctio, nec datur electio, ut in re probavit Palat. Rub. in l. 27. Taur. n. 23. doct. Couarr. lib. 1. variat. resolut. cap. 9. n. 9. doct. Anton. Gomez. in l. 17. Taur. num. 19. doct. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 1. num. 3. ubi plurimos Hispanos idem tenentes refert & affirmat hoc apud omnes Hispanos scribentes absque controuersia receptum esse in maiora ex tertio bonorum portione instituta, & numeris sequentibus sex modis limitat. Eadem opinionem communem esse testatur pluribus doctoribus allegatis, Ioan. Iannex Parlador. lib. suo rerum quotidian. cap. 7. per totum, quamvis ipse latissime probe nitatur

contrarium: eandem communem refert & sequitur plures refert ac dicit eandem esse à Mod. Parlad. tenente contrarium D. Burg. de Paz l. in lib. 1. g. 1. n. 10. & seg. ubi alijs modis limitat; ergo si in unico filio non cadit melioratio, nec in vno vel pluribus nepotibus ex unico filio loci habere debet; quia est in præiudicium ipsius unici filij, argu. l. si vna mater, c. de bon. mater. Pro eadem parte facit dist. l. 85. Taur. dum præsupponit pluritatem filiorum. Quo fundamento in terminis nostræ questionis hanc partem probavit Doct. Ant. Gomez. in dist. l. 17. Taur. num. 19. vers. c. ex quo singulariter & noniter inferri: enet idem auctor in hac l. 8. in fi. Sed his non obstantibus, contraria sententia est tenenda & probanda in nostra questione, imo quod vnus ex pluribus nepotibus ex unico filio possit recte à parentibus meliorari in tertio; quoniam dist. l. 18. non considerat qualitatem successione, sed tantum affectionem parentum, quæ ita cadit in nepotibus & alijs descendensibus sicut in filijs, in §. 1. in l. isti quidem, ff. quod inest. causis, imo maior cadere posse videtur in nepote, quando quidem in eum fit melioratio patre scate in medio: & inter plures nepotes, licet ex unico filio, bene datur distinctio & ex consequenti electio, & sic cessat fundamentum contrarij partis: item & tertium, licet fit legitima filiorum, respectu tamen nepotum non est legitima; quandoquidem lex nostra permittit eos posse meliorari, etiam si sit in medio eorum parentibus, & sic nepotes non reputantur nec sunt extranei hoc casu: quo fit, ut magis, ut prædixi, nostra lex attendat ad affectionem, quando ad qualitatem successione. Et ita merito hanc secundam sententiam probavit doct. Couarrubias ubi §. n. quatuor. vers. obiter tanen, affirmans iuramento, semel vidisse per sententiam in Regio Granat. prætorio decisum: nec filio vnico hoc casu iniuriam fieri probat: eandem partem defendit & sequitur Tellus Fernandez in dist. l. 8. Taur. n. 13. & doct. Molin. ubi supra n. 5. dicit hoc esse proculdubio verum: eandem sententiam veram esse censet doct. Burgos de Paz ubi supra n. 20. & Matien. in hac l. 2. g. 1. n. 4.

S V M M A R I V M.

1. Pater potest assignare meliorationem in re certa ceteris præstantiore, attendita qualitate ipsius, assignata tamen cum omnibus suis qualitatibus.

L. 19. Taur. hodie l. 3. tit. 6. lib. 5. Nou. Collect. Reg.

Q V Æ S T I O L V.

Verò an pater possit meliorationem tertij & quinti filio constituere in re certa, quæ sit ceteris præstantior, attendita qualitate ipsius? Et non posse existimat doctor Couarrubias in cap. Ra. naldus, §. 2. num. 5. in vers. hinc etiam, de testam. si ex ea assignatione fraus fieret legitime portioni aliorum. Cuius opinionis adheret Matien. in hac l. 1. g. 1. numer. 2. ubi exemplificat: verum contrarium est verius atque tenendum per l. 16. Taur. hodie l. 3. tit. 6. lib. 5. Noua Collect. Regie, ubi permittitur parentibus assignare meliorationem tertij & quinti in re certa vel parte bonorum suorum, Con tanto que no exceda el dicho tercio de lo que monte, e valiere la tercia parte de todas sus bienes al tiempo de muerte: Itaque lex tantum considerat valorem rei donate, sicut & alia Taurina decisiones faciunt, nempe l. 23. 26. 29. & sic fraus debet esse in quantitate, non autem in qualitate; unde quod assignatio meliorationis fiat in meliori re substantie vel pretiosiore nihil impedit, cum ista attendenda sit cum omnibus suis qualitatibus ex doctrina Bartol. l. prim. §. heres percipit fundo, ff. ad Trebell.

Trebell. & sic in effectu amplius non consequetur melioratus quam tertium & quintum secundum tempus mortis: & in terminis ita rectius meo iudicio sentit Tel. Fernandez præf. num. 1.

S V M M A R I A.

1. Melioratione tertij & quinti, assignata in re vel rebus certis non æquivalentibus solum tertio & quinto, an illud, quod est suppleendum sit ex ceteris bonis defuncti: hoc affirmatur, si dem est contra, num. 3.
2. Fallit, si consistet de voluntate defuncti in contrarium, vel quædam melioratio tantum fieret rei vel rerum assignatarum.
4. Melioratio non censetur revocata ex eo, quod res in qua fuit assignata, alienetur.

Eadem l. 19. Taur.

Q V Æ S T I O L V I.

Verò ut vterius circa eandem legem 29. Taur. si pars ne voluerit filium, vel alium descendens in tertio & quinto bonorum, & assignauerit melioratum in re vel rebus certis, pro ut fieret potest, iuxta eandem legem, si res in quibus assignata est melioratio, æquivalent tertio & quinto, seu sit minoris valoris, an illud, quod deficit pro complemento tertij, debeat suppleri ex alijs bonis meliorantis, nec ne? Et non esse suppleendum, constant probavit doct. Ant. Gom. in l. 17. Taur. num. 14. quia talis assignatio fit substantie dispositionis, & sic restringit ipsam dispositionem, ut in l. si quis seruus, §. si quis via legauerit, ff. de legat. 2. & in l. cum certus numerus, ff. de testam. alioq. legat. & in l. si seruus legatus, §. qui quinquages. ff. de leg. 1.

Nihilominus tamen tenendum est contrarium in questione proposta, imo quod id, quod est, suppletur ex alijs bonis testatoris vel meliorantis, quando fuit facta melioratio tertij & quinti, & assignatio facta in aliqua re, vel rebus certis non æquivalentibus tertio & quinto in quo fuit facta melioratio. Nec constituo differentiam in tertio tantum, vel in tertio & quinto: utroque enim casu existimo suppleendum esse defectum ex alijs bonis: nam assignatio non est de substantia meliorationis, sed demonstratur res in qua fit exsecutio ipsius meliorationis, quæ res si pereat vel alienetur, donatio vel melioratio non revocatur, ut in l. quidam testamento, ff. de legat. 1. quæ in legato loquitur, & in l. Paula Challinaco, §. Iulius seruus, ff. de legat. 3. & in l. Lucius, ff. de aliment. & cib. legat. Cum igitur nostro casu donatio seu melioratio fit generalis quote assignatio, non restringit donationem ipsam seu meliorationem, quia non datur res assignata de per se, sed sit solutio in ea quotè donate secundum valorem bonorum, quæ tempore mortis reperitur, iuxta nostram l. decimam nonam, Taur. cum similibus. Nec obstat fundamentum contrarij partis, nam ipsum diluitur ex superioribus, nempe quod assignatio prædicta non apponitur dispositioni, sed exsecutioni meliorationis, quo casu eam non restringit, ut est prædictum. Et in terminis nostræ questionis hæc partem tenet Cifuentes in dist. l. 19. Taur. n. tertij. & in alijs glossatoribus, ut præfatur Antonius Gom. ubi supra, eamq. probavit manifeste Tell. Fernandez in dist. l. 7. Taur. n. 117. & doct. Molin. lib. primo de Hispan. primogen. c. 10. n. 4. vers. sic, nec præciè fundus, & nouissime doct. Anton. Quosada lib. 1. q. 1. n. 1. 2. 4. n. 10. ubi addit pro hac opinione alium text. nempe l. qui quartam, ff. de legat. 1. idem probat Angul. in l. 3. huius tit. g. l. secunda n. prim. & iterum g. l. 6. n. 1.

Quæ sententia flimitanda est, quando melioratio fieret tantum rei vel rerum assignatarum, vel quando etiam fieret tertij vel tertij & quinti, cõstaret de vo-

luntate meliorantis, nempe non nisi aliquid amplius suppleri nec præstari ratione præfate meliorationis, quam res assignatas: & sic quando ex vnitate rationis colligitur restrictio donationis iure vel rebus assignatis: his enim casibus, vel si reliqui filij probarent limitatam testatoris voluntatem, existimo obtinere posse sententiam Antonij Gomez. cum voluntas testatoris sit seruanda, ut colligitur ex tenentibus secundam partem supra citatis, alias vero regulariter, quado melioratio fit tertij & quinti, & assignatio fit in certa vel certis rebus, ita quod ex assignatione non inducatur restrictio, procedit nostra sententia, nempe, ut quod deest, id valorem tertij & quinti, habita consideratione valoris bonorum ad tempus mortis meliorantis, suppleri debeat ex alijs bonis ipsius: quod res assignatas plus valeant quam tertium, in quo tantum facta fuit melioratio; eadem ratione filius melioratus nõ debet habere totam rem, sed tantum pro ea parte, quæ æquiualeat tertio, quia mens est voluntas meliorantis non fuit in plus quàm in tertio meliorare & actus agentium non debent ultra eorum intentionem operari ut in l. non omnia ff. si cert. petatur. limitata enim causa limitatum partis effectum, ut in l. age cum Germaniano, C. de tranlat. si vero melioratio fiat in tertio & quinto, & res assignata plus valeat, absque dubio est, ultra non valere, resistentibus legibus huius Regni, quæ tantum permittunt fieri meliorationem in descendentes legitimos tertij & quinti, & non amplius, existantibus alijs, Ant. Gom. & Molin. ubi supra, & Angul. in dist. l. 3. huius tit. g. l. 6. n. 2.

Ex superioribus etiam fit, ut in casu nostræ principalis questionis, si alienatio fiat rei, in qua est facta assignatio tertij & quinti meliorationis, nõ censetur per hoc ea reuocata, ut aduersus Cifuentes & Gom. in præf. num. 5. distinguentes recte recentuli Tell. Fernan. in d. l. 17. n. 127. post Ripam lib. 3. respons. c. 11. col. 2. vers. quia ad istud respondetur multipliciter: sequitur Angul. in l. huius tit. g. l. 7. n. 4. & doct. Quosada ubi supra, id amplius etiam si melioras adiecisset, Con tal condition q. aya la de ha meiora e tal y tal cosa e haz: ida. Nihilominus demonstratio est, & nõ conditio, ut ibi probat: quæ sententia limitanda est, ut principalis supradictæ, nempe quando aliud constaret vel probaretur ex voluntate meliorantis nempe eam fuisse, ut assignatio rei restrictiue fuerit facta, ut constet ex eisdem fundamentis & auctoribus.

S V M M A R I A.

1. Lex 20. Taur. an procedat etiam, quando testator descendentes non habebat, sed extraneum heredem instituit & alteri legauit partem quotatum bonorum & maneris sequentibus pars affirmatiue eligitur.
2. Leges correctio in diuis non debet ex identitate vel similitudine rationis.
3. Limitatur quando duo casus erant æquiparati per legem antiquam.
4. Secundo limitatur quoties ad l. corrigentem vnica ratio reddi potest, quia illa habetur per expressa.

L. 20. Taur. hodie l. 4. tit. 6. lib. 5. Noua Collect. Regie.

Q V Æ S T I O L V I I.

Verò an dispositio l. 20. Taur. hodie l. 4. tit. 6. lib. 5. Noua Collectionis Regie, quæ loquitur in filijs & nepotibus testatoris heredibus instituti, procedat etiam, quando testator eos non habebat, sed extraneum heredem instituit & alteri legauit partem quotatum bonorum: nempe tertiam, quartam vel quintam partem.